

DISPUTATIO IURIDICA,
De
EXPENSIS LITIVM,
1779
1656, 10.

Quam
DEO CLEMENTER ANNUENTE,
PRESIDE,

Viro Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo,
DN. JOHANNES REBHANIO,
U. J. D. ET IN ALMA ARGENTORATENSIVM UNIVERSITATE PANDECT.
PROFESS. CELEBERRIMO,

*Dn. Patrono, Fautore, & Præceptore omni observantia
cultu atatem prosequendo.*

Ventilandam proponit
Ad diem 25. Junij loco horisq; solitis:
ANTONIUS RIEGGERUS,
Colmariensis.



ARGENTORATI.
Ex Typographæo JACOBI THILONIS,
ANNO dno. mdc. lxxi.



VIRIS AVCTORITATE MAGNI-
FICIS, CONSILIO ET PRVDENTIA AMPLISSI-
MIS MERITISq, IN REMPVBLICAM SPE-
CTATISSIMIS,

DN. JOHAN. HEINRICO MOGGIO,
DN. JOHAN. BURGERO,
DN. JOHAN. THÜRNINGERO,
DN. CHRISTIANO SCHERBIO,
DN. DANIELI BIRRIO, Jcto.
DN. JOHAN. JACOBO SALTZMANNO,

Protoconsuli, Consulibus, Prætori, ac Syn-
dico S. R. Imper. Civitatis COLMARIÆ.

*Dnn. Patronis, Fautoribus ac respectivè Cognatis meis
submisso obsequij cultu venerandis:*

Hasce Studiorum meorum primitias in fidem
observantiæ nunquam non duraturæ

piè ac decenter

Consecro dedicoque

ANTONIUS RIEGGERUS
A. & R.

77. n. n. 3

80

29



In nomine Domini nostri IESU CHRISTI ad omnia consilia, omnesq; actus feliciter progredimur l. 2. in pr.

C. de Off. Praef. Prator. Afr.

DISPUTATIONIS

De

EXPENSIS LITIVM.

Thesis Prima.



Mnis, qua à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id de quo disputatur; inquit Cic. lib. 1. Off. Et juxta Aristot. 8. Top. 3. Difficilis est omnis Disputatio, nisi id, de quo ea instituitur, rectè ab initio definiatur; quia illa est potissima cuiusque rei pars, de qua Casus in l. 1. de Orig. Iur. Mysing. ad pr. Inst. de Iust. & Iur. Quare rectè ex Philosophorum præscripto nos facturos putamus, si initium susceptæ tractationis faciamus à Definitione.

II.

Est autem secundum Logicos definitio omnis vel Nominis vel Rei. vid. Pl. Reverend. & Excellentiss. Dn. D. Dannhauerum, in alma hac Vniversitate SS. Theol. Professore celeberrimum, in Dialect. sua p. 181. Illius prior est habenda ratio; hujus verò posteri-

A 2



88
posterior quidem, attamen potior, *arg. l. 1. §. 1. ff. de Pact. l. 1. ff. de In jus. voc. l. 1. ff. de reb. Cred. l. 1. in pr. ff. depositi*; Si quidem Nomina significandarum rerum gratia inventa sunt §. 29. *l. de legat.* unde omnium primo diligenter eorum interpretatio & definitio est advertenda, *Cap. 5. caus. 12. quest. 1.* Dicuntur autem Expensæ ab expendendo, i. e. ab antiquo adpendendarum pecuniarum more: quia Veteres, antequam nummi cuderentur, pecuniam, ut aurum & argentum, appendebant; vid. *Pacium in Analys. Cod. de Compensat. n. 2. & appendendo tradebant, & quasi adnumerabant, Plin. 33. Histor. Nat. c. 3.* Hinc pendere, dependere inter alia idem denotat quod solvere in *l. 6. §. 3. ibi, noverint dependenda. C. de Advocat. Div. jud.* Illud itaq; quod quomodocunq; solvitur, expenditur, Expensi nomine cœpit designari, *inquit Garsias de Expens. c. 1. n. 7.*

III.

Sunt autem Expensæ in duplici differentia: quædam enim fiunt in rem, quæ judicio petitur *l. 7. §. ult. solut. Marr. l. 38. ff. de R.V.* suntq; vel Necessariæ, vel Utiles, vel Voluptuariæ, *l. 79. de V. S.* Quædam in ipsam litem, quæ res petitur *l. 13. l. 15. C. de Iud. et. C. de Fruct. & lit. Expens.* De illis nobis sermo hîc hâc vice non est, sed tantum de his, quod vel statim cuivis adjecto vocabulo LITIS patet. Ubi tamen sciendum, quod hæc aliquando ita strictè accipiantur, ut etiam sportulis i. e. sumptibus qui in Judices & eorum Ministros fiunt opponantur, id quod constat *Ex l. ult. C. de fruct. & lit. Expens. ibi, tam super sportulis, quàm super Expensis Litium &c.* Aliquando latè, ut etiam sportulas comprehendant, per Rubricam *C. de Lit. Exp.* ubi appellatione expensarum tam sportulæ quàm reliquæ litis impensæ comprehenduntur & eâ indigitantur. Aliquando latius, ut comprehendant etiam damna, quæ quis litis causa passus est, uti probat. *Andr. Gail. lib. 1. Obs. 151. n. 14. per allegata ibid.* Quamvis quidam id negent. *per §. 1. l. de pen. tem. litigant.*

IV.

Synonymicè Expensæ dicuntur etiam Impendia *l. 46. §. 6.*

77. n. 3

§. 6. ff. de Procurat. l. 1. in pr. C. de Plus petit. Sumptus litis l. 79. ff. de Iudic. l. 3. ibi, super sumptuum petitione C. de Fruct. & lit. Expens. l. 4. ibi, post sumptus, ubi Gothofredus C. eod. Nec obstat quod sumptus Expensis opponi videantur in Novell. 112. c. 2. ibi sumptuum & expensarum nomine, & in Auth. Generaliter C. de Episcop. & Cleric. Siquidem ibi non oppositiue sed conuincitue conjunguntur. Dicuntur etiam Impensa litis, d. §. 1. l. de pœn. tem. litigant. Vnde Iacob Cujacius 12. Obs. 1. in versione constitutionis Græcæ. in l. ult. C. d. tit. de Fruct. & lit. Expens. impensa vocabulo pro expensis usus est. Eadem quoq; Damna appellantur l. sancimus 15. C. de Iud. l. 17. C. de Evict. l. 15. ibi ut pro damnis, quod Gothofred. in not. lit. S. explicat pro expensis ff. de Dol. & met. Except. Sed dissentire nonnullos. fortè propter cap. pen. vers. cum igitur, extra de Injur. & damn. dat. refert. & notat. Asinius in prax. Iudic. §. 32. c. 4. n. 3. ubi vid.

V.

Per vocem LITIS, quam ambiguam esse notat. O-breht. in tr. de litis contestat. c. 1. Goed. ad l. 36. de V. S. intelligimus hîc controversiam ipsam in iudicium jam deduc-tam, ut ex. l. 4. C. de Lit. Expens. Et passim constat; siue ex-periamur actione Reali, siue Personali, per text. in l. litis no-men 36. de V. S. Vid. Ampliâ. Dn. D. Præses Præceptor, Fautor ac Patronus meus omni observantia cultu atatem devenerandus in Hodegeta Iuris p. 666. §. 6.

VI.

Hactenus de Nomine; sequitur definitio Rei ipsius, quæ à varijs variè traditur, nobis placet illa quæ habetur apud Henric. Bocerum Class. 6. Disput. 30. §. 2. & repetitur à Colleg. Iur. Arg. tit. de Re. Iudicata §. 27. Quod expensæ litis sint sumptus, quos litigatores in judiciali sui juris persecutione fecere.

VII.

Et variè à Dd dividuntur, nos hîc circa divisionem se- quimur ductum Magnifici Dn. D. Tabor. quod sc. expensæ a- liæ concernant processum ipsum; aliæ coercionem: Quæ concernunt processum ipsum, sunt vel Delicatae, uti vulgò vocantur à Dd. ut videre est ap. Gail. 1. Obs. 151. n. 1. Bocer. d. Disput. 30. §. 4. Ilic. Vmmium Disput. 22. de Process. §. 6. Qui loquendi

A 3.

loquendi

loquendi modus ortus videtur ex. l. 25. in fin. ibi, ut neque delicatus debitor. ff. de Pign. act. Vel Necessariae arg. c. 3. in fin. ibi, propter hoc necessarias in lite fecisse, extr. de eo qui mitt. in poss. re. serv. caus.

VIII.

Delicatas (quas etiam vocant Utiles, vid. Bocer. & ab ipso allegatos d. 8. 4. Et Voluntarias, Gail. d. Obs. 151. in pr.) Dicimus, quas litigantes sua spontè, ultra necessitatem litis faciunt; ut si quid Advocatis suis præter debitum honorarium suâ spontè donaverint, vel cum quis Eques ad locum judicij venerit, cum ratione conditionis suæ pedes venire debuisset, quæ quia in restitutionem non veniunt, meritò in rerum translatione prætermittuntur. Gail. d. Obs. 151. in pr.

IX.

Necessariae litis Expensæ sunt quæ moderatè & legitime fiunt circa litis sive causæ instructionem & persecutionem, sine quibus jus suum litigator in judicio prosequi non potest. A fin. post alios in prax. Iud. §. 32. c. 3. n. 2. quarum tantum ratio habenda est. c. 3. extr. de dol. & Contumac. c. cum dilecti 6. vers. ult. ibi. & ad legitimas & moderatas expensas extr. eod. c. 3. in fin. De eo qui mitt. in poss. l. 25. in fin. de pign. act. Id enim demum æquum est, inquit. Vmm. d. Disp. 22. in retributionem venire, cujus jacturam quis ob alterius factum subire necessum habuit: Proinde si quæ fuerint vel illegitimè vel excessivè, ut Dd. loquuntur, expensæ factæ, dicemus eas in restitutionem non venire, siquidem omnes tales sunt quæ vel planè non, vel saltem ad eam quantitatem fieri non debuerint. Quæ nam autem certa & vera expensarum quantitas sit, in universum tradi non potest, sed Judicis arbitrio relinquendum est, per text. in l. non ignoret 4. C. h. t. Nov. 82. c. 10. Gray. 1. conclus. 151. n. 2.

X.

Harum expensarum vulgò quatuor genera constituunt; primum genus, ajunt, continere expensas quæ fiunt ad judicij processum instituendum, puta pro opere Advocatorum in concipiendis libellis, alijsq; scripturis ad ipsam causam pertinentibus; Item quæ fiunt in Procuratores & in Notarios, pro conficiendis instrumentis, tum etiam eas quæ factæ sunt in Cancel-

77. n. n. 3

82

Cancellaria, pro redimendis processibus, pro copia actorum &c. Secundum genus complecti volunt expensas quæ in testimonium examen factæ docentur. Tertium expensas iudicibus datas. Quartum eas quæ iudicum apparitoribus & litium executoribus dantur *Boc. clas. 6. Disp. 22. §. 7. 9. 10. 11.* Nos autem hic (sequentes effatum *Salicet. in præfat. Cod.* ubi dicit proximum illum esse veritati, qui benè distinguit: cum ea, quæ divisim traduntur commodius & facilius percipiuntur §. 3. *Inst. de Legat.*) evidentioris methodi causa distinguimus eas in Honoraria & Viatica.

XI.

Honorarium est quod honoris & gratitudinis seu remunerandi gratia simpliciter offertur, *Pac. in Analys. Cod. tit. Mandati*: dicitur enim propriè honorarium quod ad honorem pertinet *Schard. in Lexico Iurid.* & talia honoraria conferuntur vel in Iudicem, vel in Testes, vel in Advocatos.

XII.

Sub nomine Iudicum comprehendimus etiam eorum Apparitores & Viatores h. e. eas personas, quæ in jus vocant, quæ iudicata exigunt, quibus imminendi litibus (uti describuntur in *l. 12. §. 1. C. de prox. sacr. scrip. lib. 12.*) Sollicitudo injuncta est, vid. *Cujac. in not. ad tit. Inst. de act. §. 24.* Et ut Imperat. in *d. §. 24. ipse explicat.* Viatores i. e. Executores litium quales in hac Republ. sunt, *die Rathsbotten/ Gerichtsbotten/ Frongerichtsbotten/* quos in quibusdã locis vocant *die Weibel.* Quorum omnium honoraria dicuntur Sportulæ, vulgò *Leg oder Gerichtsgelt/ Sportelgelt.* Dicta autem sunt sportulæ, ut paucis vocabuli istius derivationem investigemus, ab antiqua observatione Romana vetustatis: solebant enim Romani potentiores olim clientibus suis, cum ad limina sua, eos salutandi gratia (quod hodie vocant *Auffzuwarten*) accederent, cœnam vel prandium in panariolis vel sportellis porrigere, vice cœnæ recte h. e. conviviij legitimi, ut explicat *Simon Schard. in Lexic. Iurid. voc. cœna. add. quoquè. Budæum Et tales sportella seu sportule secundum Schneidvin. Et ab ipso allegat. Fab. & Plat. in §. Tripli. I. de act. dicuntur à sporta i. e. vase quod fit de minutis virgis,*



virgis, in quo ponebantur illa manuscula & distributiones, & sic
contineus pro contento ponitur. Ac deinde latius porrecta est sportu-
larum appellatio, teste Cujac. in parat. Cod. de sportul. & sump-
tibus etc. ut etiam salaria congrua, diaria, honoraria omnia quæ
vel Sacerdotibus dantur vel in vulgus sparguntur & in §. 46. l. de
R. D. missilia vocantur, denotaret. Sic tandem ea dici cœperunt
sportula, quæ executoribus litium, (ut in pr. huius theses nota-
uimus) Et quæ iudicibus pedaneis dantur, talesq; Græcis
συνάματα dicuntur. Iure itaq; Justiniano, si lis quantitatem
centum aureorum excedat, duo aurei ab utraq; parte in con-
testatione licis, & duo in fine ejusdem iudicibus pedaneis dan-
di; quod si lis tantæ quantitatis non sit, nullæ dandæ sunt
sportulæ, uti patet ex N. 82. c. 9. Quantæ vero dandæ sint
Executoribus lit. in Clericis quidem jure cautum est, ut ap-
paret ex l. 25. §. ult. l. 33. §. 5. de Episcop. & Cleric. quales ve-
ro in reliquis litigantibus fuerint, jure nostro, teste Umm. supr.
laudata D. 8. n. 20. circa fin. definitum non est. Illud quidem
constat aliquem modum in iis exigendis constitutum fuisse,
per §. quadrupl. Inst. de Act. & vestigia constitutionis cujusdam
de hisce latæ refert Cujac. 12. Observ. 22. qualis verò illa fuerit,
desideratur.

XIII.

An vero Iudicibus ordinariis æquè ac delegatis dandæ sint
Sportulæ? quæstionis est. Affirmat Gl. in Auth. de Iudicibus §.
ne autem 9. in verbo pedaneis. vid. Schneidvin. ad d. §. tripli n. 4.
Negant communiter Dd. hoc quod regulariter verum est, per
Nov. 8. c. ult. §. scriptum est exemplar. N. 17. c. 9. Nov. 134. c. 1. cap.
cum ab omni 10. de Vit. & honestate Cleric. c. statutum de rescript.
in sexto. Cujac. ad Novell. 82. Ratio est quia Iudices ordinarii
plerumque habent salarium ex publico, quare gratis justitiam
exercere debent; quamquam juxta Umm. moribus passim a-
liter observetur, quasi non minus justè Ordinario quam Dele-
gato Iudici Sportulæ solvantur. Cæterùm, an Iudicibus mu-
nera, vel esculenta & poculenta accipere liceat eleganter expli-
cat, Math. de Afflictis, distinguendo utrum quis det iudici pecu-
niam ob juris sui retentionem, & non licet l. ut puta §. fin. ff.
de Cond. ob turp. caus. l. 10. C. de Accus. Corrumpendumve Ju-
dicem: & tùm non tantùm non licet, sed etiam punitur, juxta
l. 2. C.

Obs. 77. num. 3

B

l. 2. C. de pœn. Iud. qui male jud. an vero ex favore quodam ;
& tunc possum dare & ille recipere tantum esculenta vel po-
culenta intra paucos dies consumenda l. 18. ff. de Off. Præs. l.
6. §. ult. ff. de Off. Procons. Quod si verò quis dare Judici velit
ut cognato suo ratione necessitudinis, tunc potest ei dare
quantum quisq; vult l. 1. in fin. ad L. Iul. repetund. Cujac. 6.
Obs. 18. Sanè si quis dare velit ob impensi laboris remunerati-
onem ; tunc uti diximus, interest an sit Ordinarius Judex, &
habeat salarium ex publico: hic nihil accipere potest per supr.
allegat. nisi esculenta & poculenta, quæ brevi consumpturus
d. l. 18. de Off. Præs. An vero sit delegatus & tunc habebit
sportulas secundum cujusq; loci consuetudinem, Nov. 82. c. 9.

XIV.

Ad honoraria etiam pertinent sumptus illi, qui in testes
fiunt, ut si quid in citandis, præsentandis, examinandis illis,
& eorum dictis excipiendis, rotulandis, publicandis impenda-
tur: Producendi autem sunt testes lite demum contestata, vid.
Trentler. Volum. poster. Disp. 4. §. 6. nisi ad æternam rei memo-
riam examinentur, aut alia iusta causa, puta valetudinis, se-
nij, peregrinationis, accelerationem examinis urgeat, tunc
etiam ante litem contestatam audiri possunt. Conf. Hartmann.
Hartmanni tit. 5. de testibus Obs. 10. Wurms. tit. 18. de testibus Obs.
18. Mynsing. 4. Obs. 72. Idq; sumptibus ipsius producentis l.
18. Mynsing. 4. Obs. 72. Idq; sumptibus ipsius producentis l.
quoniam 11. C. de testibus l. 5. §. 4. ff. eod. qui imposta à iudice
probatione testes nominare, & ut examinentur postulare de-
bet. vid. Wesenbec. in Paratitl. fforum de Testibus n. 5. Gail. 1.
Obs. 99. Umm. Disp. de Process. 16. & 22. Et tales sumptus
taxati sunt per Carol. V. In der W. H. D. c. 75. Daß einem je-
den Zeug alle Tage acht Kreuzer sollen gegeben werden.

XV.

Restat ut dicamus de honorarijs Advocatorum, quæ
complectuntur expensas factas pro ipsorum sc. opera in con-
cipiendis libellis, alijsq; scripturis ad ipsam causam perti-
nentibus conficiendis: His enim labor suus non debet esse sine
mercede, ut est textus in §. ne autem Novell. 82. Ubi tamen ra-
tio habenda est personarum & causarum. l. ult. in fin. ff. de
Obl. & Act. ut sc. pro modo litis, Aduocati facundia & fori cō-
suetudine

3
suetudine ea cōstituantur, l. 1. §. 10. de Var. & Extraord. cogn.
Est enim inter artifices longa differentia ingenij, naturæ, in-
stitutionis & doctrinæ, inquit Ulpian. in l. 31. pr. ff. de solut.
Quare non habenda est ratio Foliorum & loquacitatis, si nem-
pe bullatis nugis pagina turgescat, sed considerari debet, an
Advocatus pertinentia vel impertinentia ascripserit, quale
non quantum scripserit, res ponderari non verba numerari de-
bent. Et utinam inquit Iason ad tit. Inst. de Act. hoc benè ob-
servarent impij Advocati, qui sunt Excoriatores pauperum,
fori sorices & canes curiales; quæ tamen Epitheta nimis ge-
neraliter & minus rectè Lips. 2. Polit. c. 11. quibusvis causa-
rum Patronis aptare conatur. Sic itaq; salarium ijs constitui
debet, ut licitam quantitatem non excedat, quæ dicitur in
singulis causis usq; ad centum aureos. l. 1. §. 12. in fin. de Var.
& Extraord. cogn.

XVI.

Nec movere nos debet quod munus Aduocatiæ dica-
tur esse gratuitum in l. 15. C. de procurat. Quod quis autem
gratis facit ex eo mercedem sperare non debet, quia hæc sibi
invicem opponuntur. Nec etiam obstat l. 1. §. 5. de Extr. cogn.
ubi dicitur, quod quadam (loquitur Ictus de Advocatis) etiam
si honestè accipiantur, inhonestè tamen petantur. His inquam non
obstantibus concludunt communiter Dd. licitè salarium peti
posse. Nemo enim tenetur patrocinium gratis præstare, nisi
pauperibus & miserabilibus personis, Ord. Cam. part. 1. tit. 19.
§. ult. Auff daß auch: Nec impedit salarium quominus nego-
tium gratis celebratum videatur, arg. l. 6. in pr. l. 7. Mandat.
Distinguiimus enim hic inter mercedem & salarium, & dici-
mus mercedem quidem non relinquere officium gratuitum,
quia illa est æstimatio usus & operæ, ut sc. sit proportio ali-
qua inter mercedem & operam præstitam. Etiam si aliquando
merces pro honorario dicatur ut in d. l. 1. §. 13. de Extraord.
cognit. Illud tamen sit, *καταχρηστικῶς* & minus propriè. Cum
itaq; Civilis sapientia pretio nummario æstimari non queat d.
l. 1. §. 5. Et sic certa merces constitui non possit, nihil offi-
ciet, quo minus officium Advocatiæ in se & sua natura maneat
gratuitum; quia etiam si aliquid pro navata opera retribuatur,
illud


D. 77. n. 3

St.

illud non mercedis, sed honorarij loco venit. l. 1. in pr. si mens.
fals. mod. dix. Ad oppositam l. 1. §. 5. respōdemus, eam loqui de
tali petitione, qualis est inter Locatorem & Conductorem,
ut si de certa MERCEDE. inter eos convenisset, non si de ho-
norario cautum fuisset, ut illud Jctus in §. subsequenti 12.
declarat; alias enim sibi met ipsi in illa lege contradiceret.
Add. Magnific. Dn. D. Tabor. in Thesaur. loc. com. lib. 8. c. 12:
& amplius lib. 17. c. 3. axiom 2. Pac. in Analys. Cod. Mandat n. 6.
p. 377. Treutler. 1. Disp. 26. §. 1. lit. e. & Disp. 27. §. 1. lit. e.
Wesenbec. in paratitl. ff. Mandat. n. 12. Bachou. 1. Disp. 27.
§. 1. lit. e.

XVII.

His ita præsuppositis, videamus nunc, si salarium Ad-
vocato ab ingrato Cliente exigendum sit, quo remedio ju-
ris contra illum uti possit; ubi facilis erit responsio si distin-
guamus, utrum nempe inter Patronum causæ & Clientem
de salario conventio quædam intercessit, vel non; & si ali-
quid conventum, utrum promissum sit salarium certum, vel
incertum: illo casu prima quidem fronte videtur id peti posse
actione Locati, quasi Advocatus operam suam pro certo pre-
cio locasset; quod tamen falsum est, quia, ut diximus, juris
peritia pretio nummario æstimanda non est, nec munus Ad-
vocati tale quid est quod locari solitum; eleganter Dn. Hahn.
ad Wesenbec. tit. Mandat. Obs. III. §. 12. item tit. Locati §.
2. in fin. quia in illo non certa merces intervenire debet, per
supr. tradita, sicut in Locato Conducto. Sed verius est secun-
dum Umm. Disp. de Proceb. 2. §. 10. n. 45. peti illud posse
conditione certi, si res certa promissa sit: actione ex stipulatu,
si stipulatio intervenerit. Si salarium nudo pacto tantum pro-
missum est, non interveniente stipulatione, tum. Magon. in
Cynofur. Advocat. c. 8. n. 6. vult competere Conditionem ex
Lege, quod tamen, an in puncto juris consistere possit, valde
dubitamus; quia ut Condictio ex. L. locum habeat requiritur
obligatio lege aliqua nova introducta l. 1. C. de Condict. ex. lege:
talis autem nova constitutio à Magon. nulla idonea affertur:
sufficiat itaq; si & hoc in casu Nobile Iudicis Officium compe-
tat. l. 1. §.


tat. l. 1. §. 12. de Extraord. cogn. Quemadmodum si salarium incertum promissum est, puta si quis dixerit, si hoc feceris, experiere apud non ingratum te potuisse operam, officium Iudicis tantum implorandum est, Wesenbec. in paratit. ff. de rebus Cred. n. ult. Umm. d. Diss. 9. 10. n. 45. Quod, si verò de salario planè nihil convenit, extra ordinem, mediante officio Iudicis aliquid pro præstita opera Advocatus recipere poterit, quia nemo cogitur suis stipendijs militare, ut dicitur in c. 16. Extr. de Prescript.

XVIII.

Sed ne longius à scopo nostro aberrare videamur, memores hic erimus divisionis factæ supr. in thesi 10. Ubi diximus necessarias expensas conferri vel in Honoraria, vel in Viatica: De honorarijs satis pro instituti nostri ratione jam dictum est: De Viaticis pauca subjiciemus. VIATICA, quæ etiam dicuntur viaticula in l. 18. infir. ff. de Iud. Germ. Zehryfennige dicta sunt à via, & sunt sumptus, non illi qui in Viatores fiunt, de quibus supr. in thesi 12. diximus, sed qui in itinere necessario facti sunt l. 52. §. si quis 15. ff. Pro sociol. 1. §. si Pupill. ff. de Tutel. & rat. distr. seu sunt impendia ad iter explicandum necessaria l. 7. ad SCT. Trebell. Quod itaq; à parte litigante, jus suum in loco peregrino persequente, vel alio quocunque modo licite in itinere impenditur, in retributionem venit, & Viaticum dicitur: Ubi tamen ratio habenda est personarum, loci, temporis &c.

XIX.

Et hæc de ijs Expensis quæ processum ipsum concernunt dicta sunt; sequuntur eæ quæ ad coercionem pertinent & pœnales dicuntur; suntq; vel Contumaciæ, vel Retardati processus, vel Temeritatis seu vitilitigationis, de quibus infr. commodior fortè erit dicendi locus.

XX.

Descendimus nunc ad tractationis nostræ partem SPECTALEM, quam consideraturi sumus in Consentaneis, ut loquuntur, & Dissentaneis; Consentanea sunt vel Causarum vel Effectuum: Causæ sunt vel Externæ vel Internæ: Externæ vel Efficiens vel Finalis: Efficiens vel Remota, vel Propinqua, vel Proxima.

XXI.

XXI.

Causa itaque Efficiens remota nominari hic potest Jus Civile, quod hanc regulam nobis prodidit, *vt VICTVS VICTORI TENEATUR IN EXPENSAS*, l. *properandum* 13. §. 6. C. de Iud. l. 79. ff. eod. l. 78. §. 2. de Legat. 2. l. ult. C. *Quando provocare non est necesse* l. 4. C. de fruct. & lit. expens §. 3. in fin. Inst. de pœn. temere litigant. Nov. 82. c. 10. Auth. generaliter C. de Ep. & Cler. quæ etiam propter summam æquitatem postea canonizata est in c. *calumniam* 4. Extr. de pœn. c. 5. Extr. de Dol. & Contumac. Lanfranc. d'Orian in d. C. ult. n. 2. Couaruvias pr. q. 27. n. 2. Asin. d. §. 32. c. 2. & Dd. communiter.

XXII.

Propinqua continet causas ob quas expensæ illæ refundendæ sunt, quarum quidam duas referunt; unam Contumaciæ, alteram Victoriæ, Gail. 1. Obs. 151. n. 14. alij quatuor, vid. Boc. & ab ipso allegat. Claß. 6. Disp. 30. §. 14. & primam ponunt in Vitilitigatione & temeraria citatione, quando nimirum nulla probabilis litigandi causa allegari potest, Amplið. Dn. D. Præses, in Hodegetajuris charta 2. Clim. 4. parallelor. 4. §. 28. Reo enim temerè citato, viatica litisq; sumptus refundendi sunt, d. l. *eum quem temerè* 79. ff. de Iud. c. 1. de dol. & contumac. in 6.

XXIII.

Secundam in Contumacia contracta: dicitur autem quis contrahere contumaciam, quando tribus Edictis propositis, vel uno pro tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, literis evocatus præsentiam sui facere contemnit. l. 53. §. 1. ff. de Re Iudicat. & idem est, si vocatus vel planè non compareat, vel comparens non respondeat, vel illicentiat, ut loquuntur, abeat. Umm. d. Disp. §. 6. n. 23. Hinc quicquid in actum de quo expediendo agebatur erogatum fuit, refundere necessum habet. l. 13. §. 2. vers. & siquidem l. *sancimus* 15. C. de Iud. l. 4. ibi, *vel minimè actioni suæ adfuerit* C. de fruct. & lit. exp. c. 6. in fin. Extr. de dol. & Contum. c. 1. in fin. de sequestr. pōß. & fruct. c. 25. extr. ut lit. non contest. & c. Sed finge reus
B 3. vocatur

85

29

LIBRARY



vocatur trina citatione, is reus abest in primo vel etiam in secundo termino, in tertio autem & peremptorio comparet: Actor quemlibet terminum observavit, comparet in primo termino ad accusandam absentiam citati, & item in secundo, an reus teneatur ad expensas actori ab ipso in istis terminis factas? videtur dicendum quod non, quia contumax dici non potest nisi qui post trinam citationem demum non comparet: *d. l. 53. §. 1. de re Iud.* quod itaq; quis lege permittente facit in eo peccasse dici non potest *l. 55. de R. I.* Contraria tamen opinio referente, *Zas. ad d. l. 53.* Communior est, quam etiam approbat *Umm. d. n. 23. in pr.*

XXIV.

Tertiam in retardato processu *verzogenem Rechtsen/* ut quicumq; processum retardat vel remoratur in expensas factas condemnandus sit, *l. non ignoret, ibi, quod si culpa sua fuerit delata cognitio C. de fruct. & lit. expens. l. 13. §. 6. ff. de Excus. tut. l. 26. §. 6. ff. ex quibus caus. maj. auth. qui semel C. quomod. & quand. Iud.* quibus accensendæ sunt etiam ex quæ ob libelli mutationem & alijs modis frustra factæ sunt. *l. 3. ubi Gothofred. C. de Edendo. Pac. in Analys. C. de Edend. n. 16.* Tum ij quoque sumptus quos actor facere coactus fuit, dum reus exceptionem suam vel instrumentum ad finem usque litis producere desijt, ut interea actor sumptibus & laboribus inanibus defatigaretur. *c. exceptionem 12. ext. de Except.* Ubi tamen obiter nota id proprium expensarum retardati processus & contumaciae esse, quod peti possint & refundendæ sint in qualibet parte litis, nimirum per interlocutoriam *l. 15. C. de Iud. Mynsing. 1. Obs. 23. Gail. d. Obs. 151. n. 15.* Et si Iudex huiusmodi expensarum mentionem in interlocutoria omiserit, poterit earum rationem habere usque ad sententiam definitivam. *Boc. d. Disp. 30. §. 19. lit. q. & hoc procedit etiam in puncto Attentatorum, ut prob. Boc. d. loc. per allegata ibid.*

XXV.

Ultimam deniq; locant in Victoria, de qua tradidimus regulam *supr. in th. 21.* quod nimirum *Victus Victori teneatur in expensas quæ in litem factæ sunt.* Neque refert in qua etiam instantia victus quis fuerit: in prima enim instantia hoc absque

Q. 77. n. 3

86

absquè dubio verum est; an autem æquè in secunda instantia
sive iudicio Appellationis? eleganter differit *Umm. supr. alle-*
gat. Disp. 8. 7. n. 27. ubi vid. Si modo appareat, victum mali-
tiosè vel temerariè saltem iudicium suscepisse §. 1. *in fin. 1. de*
pæn. temere lit. d. l. 79. ff. de Iud. & hoc in eo qui malitiosè,
sciens se injustam habere causam, litem movit, indistinctè ve-
rum est; magis tamen dubium est in eo, qui absquè dolo qui-
dem, temerè tamen & inconsultò, nullo adhibito consilio, li-
tigavit, an nihilominus ad refusionem expensarum teneatur?
Affirmant communiter *Dd. quos vid. apud. Umm. d. loc.*

XXVI.

Proinde si justam causam victus habuit à refusione ex-
pensarum absolvendus erit. *l. 79. ibi temerè ff. de Iud. l. 78. §.*
2. ibi si ratio litigandi non fuit ff. de legat 2. N. 82. c. 10. in pr.
Etiamsi secundum Iason. statuto aliquo (quod tamen strictè ac-
cipiendum est, *Gloß. & Dd. in auth. quas actiones C. de ff. Eccles.*
Gail. 2. Obs. 79.) cautum esset, ut victus victori in expensas tene-
atur: quales causæ, etsi Iudicis arbitrio committendæ sunt,
per l. 1. §. sed non utiq; 3. ff. ad Sc. Turpillian. N. 82. c. 10. variæ
tamen à varijs referuntur; quasdam refert. *Bocer. Disp. 30.*
Class. 6. plerasquè sed strictim recenset. Umm. Disp. 22. 8. n.
31. quas hic brevitetis studio præterimus, quia de quibusdam
infr. ampliùs erit differendi locus.

XXVII.

Causa proxima munus est Aduocati, ut expensas litis
diligenter requirat, & in libellum producat: alias enim Iudex
de ijs sententiam ferre non tenetur, quamvis possit. *Schneid-*
vin ad §. 1. 1. de act. n. 128. Gail. 1. Obs. 101. n. 18. Pac. in Anal.
C. p. 176. prop. fin. Nam Iudex non impertit officium suum,
nisi imploratus *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect. Auth. qui semel. C.*
quom. & quand. Iud. & c.

XXVIII.

Altera causa externa est Finis, ne quis scil. sine causa
damno afficiatur, & lædatür. Quid enim æquus? quid iustius
est? quam petenti, damnorum & impendiorum, quæ ob ad-
versarij temeritatem passus, aut fecit, refusionem adjudicare:
siquidem iniquum esset, si Victor re sua non tantum ad tem-
pus aliquod carere, sed etiam expensas eà de causâ factas per-
dere

dere deberet l. ult. C. *Quand. provoc. non est necess.* Orirentur
etiam fomenta detestabilis jurgij, si justam fovens causam
hoc modo laxderetur, & injustus illæsus abiret.

XXIX.

Inter causas Internas primum locum occupat Materia,
quæ consideranda nobis venit in *Subjecto & Objecto*: Subje-
ctum vel est **QUOD**, vel **CUI**. Ratione illius obligatur, iux-
ta traditam regulam, **VICTUS VICTORI**, quæ regula ta-
men suas habet exceptiones. Non enim omnis qui succumbit,
sed qui temerè adversario litem intendit damno expensarum
affici debet l. 79. ubi Gl. de *Iud.* quod si enim Victus de intenti-
one sua aliquid probasset, vel alias justam causam litigandi
habuisset, secus dicendum foret. c. 2. de *Nov. oper. nunciat.*
Ut si de causa controversa in jure nostro variæ sint Doctorum
Opiniones quæ in utramq; partem disputari possint. Lan-
franc. in *aur. pract.* c. 11. n. 3. Zas. ad l. 13. C. de *Iud.* modo
non appareat de communi opinione: illa enim verior præ-
sumitur quæ à majori parte Dd. recipitur & approbatur. l. 1.
in pr. ibi, sanè crebrior apud veteres opinio ff. de *off. Quest.* l. 4. in
pr. de *his qui not. infam.* l. 51. in pr. ibi, dicitur vulgò ff. ad l.
Aquil. l. 12. §. 27. ff. de *Instrument. Legat.* Siquidem veritas à
pluribus rectius quam à paucioribus perspicitur potest. arg. l. fin.
ibi, ut per ampliores homines perfectissima veritas revelatur C. de
fidei commiss. Nec enim id, quod uni vel alteri subtiliter disputan-
ti placuit, contra receptam Dd. Opinionem debet attendi; alio-
quin fiet, ut multa decisa prætextu subtilitatis in dubium revocen-
tur & suspecta fidei reddantur, contra l. 21. ff. de *LL. uti laudatus*
ab Ampliss. Dn. D. Præs. in *Isagog. Justin. Diss.* 1. §. 22. Magni-
ficus Dn. D. Imlin. in *Notat. ad Animadv. Treutler. Bachovianas*
M. ff. *th.* 8. lit. g. Eleganter notat. Vel si de re Controversa non
sint variæ quidem opiniones, Victus tamen litigator alicujus
celebris Doctoris nitatur autoritate & opinione. *Asin. d. c. 2.*
p. 679. vers. secundò principaliter 2. Bocer. d. D. §. 40. lit. c.
ubi allegat Iason, Sichard. & alios; Ratio est quia juris Doctor
interpretandi jura potestatem habet. Et communis Opinio in
præjudiciū veritatis rectè negligitur. Magnif. Dn. D. Imlin. d. loc.
Roland. à Valle laudatus ab, *Asin. in Prax. Florentin.* part. 1 §. 32.
in fin. p.

Des. 77. num. 3

in fin. p. 716. Item si quis pro se habeat consilia duorum Clariss. Ictorum non erit in expensas condemnandus *Boc. d. θ. 40. Gail. 1. Obs. 152. n. 6.* Vel si litigator sit vir magnæ & spectatæ fidei vitæq; approbatæ *arg. text. in l. 21. in pr. ff. de R. V. in l. 6. §. valdè tamen ff. de Excus. tut. in l. 31. in pr. ff. de pœn. l. 3. in pr. ibi. & an honesta & inculpata vitæ ff. de testibus c. 24. Extr. de testib. & propter alias causas quas passim vid. apud Petr. Rebuff. Iason. Asin. & alios.*

XXX.

Sed quæritur, si quis liti renunciarit, an nihilominus parti adversæ impensas refundere teneatur? ratio dubitandi hæc est quod talis propriè succumbere non dicatur *arg. l. 8. C. de his quib. ut indign.* Putarem tamen distinguendum esse, an renuncians justam litigandi causam habuerit nec ne: illo casu non tenetur per supr. tradita; hoc casu cum præjudicio partis renunciare non potest, sed damnum quod dedit sarcire tenetur, nisi cederet post instrumentum de novo productum, quia antea justam habuisse causam videri potest *l. 13. ff. de pos.* Si vero cognita probatione & veritate statim non cedat, sed demum post aliquod tempus, condemnari debet in omnes expensas ante renunciationem sc. factas, quia verisimile est quod etiam si à principio instrumenti habuisset notitiã nihilominus litem inchoasset, postquam cognita veritate liti non destitit, *conf. Boc. d. D. θ. 24.*

XXXI.

Non solum autem ipse Victus principalis tenetur, sed etiam ejus heres; ratio est quia in judicijs quasi contrahimus *l. 3. §. 11. ff. de Pecul.* heredem vero ex Contractu defuncti teneri indubitatæ veritatis est, quia r. heres cum defuncto una eademq; persona esse censetur. *N. 48. in pr. & ejusdem juris fit cujus defunctus fuit l. 59. 62. 128. §. 1. de R. I.* Ideoq; litis instantia una cum omnibus adjunctis & consequentibus in heredem transit, *Rebuff. de Expens. art. 1. Gl. un. n. 11. 2.* quia heres lucrum à defuncto capit; secundum autem naturam est ut qui sentit commodum, sentiat etiam incommodum *arg. l. 73. ff. de R. I. l. 22. §. 3. C. de furt.* Expensas tamen pœnales, veluti si defunctus propter contumaciam in aliquas condem-

C
natus

natus fuisset, refundere non tenetur. *l. un. §. ult. si quis jus dicent. non obtemp.* quia actiones pœnales, i. e. ex delicto descendentes non transeunt ad heredem. *l. III. de R. I.* Imo aliquando ipse Victor victo expensas referre tenetur; veluti si Actor eremodicium (uti loquitur Imp. Justin. in *l. 13. §. 3. & 4. C. de Iud.*) contrahat, h. e. Si litem deserat, sententia tamen pro eo lata sit; tunc illud quidem lucratur de quo controversum fuit, propter absentiam tamen ipsius contumacem in expensas damnatur, idquè tantum in pœnam contumaciæ *l. prope-rand §. 2. vers. si autem ex gestis C. de Iud. Auth. qui semel. C. quom. & quand. Iud. Pac. in Anal. Cod. eod. n. 2. in fin. Gail. 1. Obs. 60. n. 9. Ord. Cam. part. 3. tit. 42.* Quidam tamen hic distinguunt uti videre est apud. *Mynsig. Cent. 4. Obs. 67.* Ipse etiam Iudex aliquando ad expensas & interesse parti laesæ tenetur, si nimirum malè vel malitiosè in aliquem inquisierit, per *text. in l. severiter 14. C. de Excus. tut. l. 5. C. de fruct. & lit. exp. c. 48. vers. cum q₃. adversus Extr. de sentent. excommun. Gail. 1. Obs. 52. n. 2. Boc. Class. ult. D. 30. 0. 23. p. 711.*

XXXII.

Cui vero expensæ debeantur? explicatur in d. regula Victus victori &c. nempe Victori & ejus heredi, nisi ob contumaciam vel aliam justam causam pars vincens expensarum pœnam luat. Hinc oritur elegans quæstio. An advocatus, si in propria causa postulavit & vicit, rectè expensas ab adversa parte petat? ubi distinguendum putamus, inter expensas quas conferre in alium Advocatum debuisset, si sibi metipsum patronus causæ non fuisset, veluti si alij salarium dedisset; & inter reliquas expensas quas litis causa fecit; has rectè repetere posse dicimus, per regulam Victus victori; de illis magis dubium est. *Ummius Diss. 2. de Process. 0. 10.* in eam sententiam inclinare. videtur quod Advocatus operarum æstimationem, quam forsitan alij solvere coactus fuisset, si quidem ipse causam orare non scivisset, indistinctè consequi possit. Nobis tamen cum *Gail. 1. Obs. 51. n. 16. 17. 18. & Mynsig. 1. Obs. 2.* magis Negativa arridet, quod nimirum Advocatus nihil salarij nomine exigere possit, nisi per modum damni & interesse aliquid petat; quod videlicet interea præpeditus, alijs operam suam præstare non

non potuerit, sic damnum ex patrocínio proprio passus fuerit; Ubitamen distinguit Gail. inter res magni momenti, quæ longa & difficili instructione opus habent, & minoris considerationis in quibus non multum temporis consumptum fuit; illarum rationem habendam putat, harum non æquè.

XXXIII.

Progredimur ad Materiam Objectivam, ubi respiciendum est ad Objectum primò CIRCA QUOD, deinde QUOD. Illud concernit omnes causas, etiam reconventionis, ut puta Actor tenetur in expensas, si victus fuit ex reconventionem non quidem coram suo Iudice, sed coram Iudice Rei quem ille primum convenit, quia eum recusare non potest, *l. 5. vers. nequè C. de fruct. & lit. exp.* An vero etiam & qualis in Iudicio secundæ instantiæ expensarum ratio habenda sit? dissentientes inter se reperies Dd. Appellantem si succumbat teneri facilè omnes concedunt. In Appellato verò distinguit Gail. *l. 1. Obs. § 2. n. 5.* Utrum Iudex Appellationis ex prioribus actis eum condemnaverit, quo casu ad refusionem expensarum eum teneri putat: an vero propter probationes noviter deductas, benefic. *l. 4. de temp. App.* & tunc compensationem expensarum faciendam vult, per allegat. *ibid.* Mallem tamen cum *Ummio & Zas.* dicere condemnationem ex prioribus actis procedere si appareat evidenter Appellatum in priori instantia fundatum non fuisse. Nam si liqueat ipsum probabilem litigandi causam habuisse, propterea quod ex iisdem actis victus sit ad restitutionem expensarum non condemnandus erit; quia sæpe dubius est litis eventus, propter casum & factum perplexum & dubium, ubi diversæ sunt de eo Dd. opiniones, ita ut iniquum esset eum, cui justa fortè litigij causa fuerit, insuper etiam habuerit sententiam pro se latam, ad expensas teneri.

XXXIV.

An hæc regula locum etiam habeat in Criminalibus? altioris indaginis est quæstio; ubi in diversas quoque abeunt Dd. sententias. Nos, quia nostrum non est tantas componere lites, paucis nos expediemus. Generaliter itaq; dicimus tam Reum quam Accusatorem, si temere iudicium suscepisse convicti

victi fuerint, cōdemnandos in expensas esse. De Accusatore manifestus est textus in *l. 3. C. de his Qui accus.* quamvis illum textum quidam de accusatore per contumaciam absente accipiant, sed forte præter rationem: si enim ad refusionem expensarum tenetur is, de quo saltem præsumptivè constat eum temere accusasse, multò magis tenebitur, qui in iudicio temerariæ accusationis convictus est. *add. l. 27. §. 15. ad L. Iul. Adu.* De Reo idem traditur in *l. ult. de fruct. & lit. Expens ubi vid.* Est enim æquum indistincte resarciri quod alterius facto alteri obvenit damnum: scimus quosdam distinguere in eo qui condemnatus fuit, an ei imposita fuerit pœna Capitalis vel non capitalis supra tamen relegationem vel infra relegationem *arg. N. 134. c. 13.* quæ distinctio suo modo admitti potest, nec propterea nostram regulam infringit. De hac quæstione plura qui desiderat adeat. *Dn. CarpZov. 4. Constit. 12. definit. 1. & seqq. Petr. Rebuff. d. tract. de Expens. artic. 1. Gl. un. n. 17. Bocer. Claß. 6. D. 30. n. 21. & 22. Gail. 1. Obs. 52. n. 2. Umm. d. Diss. 22. n. 26. & amplius in Corollario.*

XXXV.

Objectum QUOD sunt sumptus designati supr. in *§. 9. & 10.* qui moderatè & legitimè in litem facti sunt, non habita ratione eorum, qui absq; ulla necessitate & ultra modum Advocatis, Procuratoribus & alijs personis ludici servientibus, ut puta scribis, apparitoribus, sua sponte pars litigans donavit. An vero damnum etiam, quod Victor interea passus est, à victo, qui in expensas condemnatus est, resarciendum sit? controversum est; Distingunt communiter Dd. inter expensas Victoriæ & Contumaciæ: illo casu putat *Rebuff. d. tract. de Expens art. 3. Gl. un. per allegat. ibid.* in condemnatione tantum venire expensas in litem factas; hoc vero etiam damna, per *l. 4. C. de fruct. & lit. exp. §. 1. 1. de pœn. tem. litigant.* quamvis dissentiat; *Umm. d. D. 22. §. 36.* De ijs expensis, quæ forte in conficiendis Dd. consilijs fiunt, an restituendæ sint dubium quoq; est, distinguit *Umm. n. 18.* inter consilia in-formatoria Scabinatum, & aliorum de Iure Consultorum: illas in retributionem venire concedit, has non æq; sed rectius fortè habet Negatiua, quæ & communior est, quia præter necessitatem

cessitatam expenduntur, cum Curia nosse jura debeat.

XXXVI.

Vocatur & illud in dubium, an victus teneatur in eos sumptus, qui à Victore ante litem contestatam, in causa facti sunt? Non displicet Affirmantium sententia, quia textus in *d. l. properandum §. sive autem alter utra C. de Iud.* non distinguit inter expensas ante vel post litem contestatam factas, proinde generaliter & sine distinctione erit accipiendus: ubi enim lex non distinguit nec nos distinguere debemus. *l. 8. ff. de Publician in rem act. l. non distinguimus 32. ff. de Recept. arbitr. l. 3. ff. de Off. Pras. l. 4 si quis ingen. esse dicat. ubi Cujac.* Facit etiam quod expensæ temerariæ citationis refundendæ sint. *l. 79. ff. de Iud.* ut & contumaciæ expensæ ante litem contestatam factæ. *l. 15. C. eod. c. cum dilecti in fin. Ext. de Dol. & contum. innuere id quoque videtur §. omnium 3. l. de poen. tem. lit.* quod nimirum etiam lis sit ante contestationem. Cur ergo non æquè expensæ in causam principalem ante litem contestatam factæ?

XXXVII.

Materiam sequitur Forma, quæ consistit in petitione, adjudicatione & præstatione expensarum. Peti omnino debent expensæ, & quidem vel remedio actionis, vel implorato Officio judicis mercenario, ut vocant: Actione petuntur 1. expensæ eæ, quæ propter contumaciam contractam factæ sunt, nimirum actione in factum, *Mynsing. cent 4. Obs. 48. Gail. d. Obs. 151. n. 14. Rebuff. art. 8. Gl. un. n. 26. d. tract. per text. in l. un. §. fin. ff. si quis ius dicent. quamvis dissentiat Bocer. & alij.* 2. Eæ quas alter alteri se restitutum promisit, si Victus in iudicio fuerit, quæ à Dd. vocantur *Conventionales*; Et licet victus justam litigandi causam habuerit, tamen Victori tenetur; quas exigere potest Conditione ex stipulatu, si stipulatio intertulerit. 3. peti possunt expensæ conditione ex statuto, si nimirum cautum sit statuto ut victus victori expensas refundat, & hoc sine dubio tunc verum est, quando eo casu jure communi de talibus expensis nihil habetur per *l. un. ibi nec cautum ea lege de condi. ex. L. Alterum remedium pro consequendis expensis ut diximus, positum est in imploratione Officij Iudicis, quæ fieri debet pendente iudicio. l. 3. C. de fruct. & lit.*

98
& lit. exp. ideoq; officium Iudicis mature invocandum est, quia, ut supr. notatum, iudex earum mentionem facere non tenetur, quamvis possit. Nec obstat l. 13. §. 6. C. de Iud. in qua specialiter expressum est, ne Iudex expensarum adjudicationem omittat; quia illa accipienda est de ijs expensis quæ à parte petitiæ fuerunt: nec etiam l. 15. C. eod. quæ loquitur de expensis contumaciæ, quæ propterea etiam non petitiæ adjudicandæ sunt, ne contumacia, perquam ipsa iudiciorum auctoritas contemnitur, maneat impunita: alij tamen aliter volunt, quos vid. apud Math. Stephan. lib. 6. de Off. Iud.

XXXVIII.

Censentur autem petitiæ expensæ si libello adjectæ sint clausulæ istæ salutares; PETO MIHI JUS ET JUSTITIAM ADMINISTRARI. item, OMNI MELIORI MODO. Mynsing. 2. Obs. 22. Schneidvin. ad §. 1. l. de act. Boc. d. D. 30. n. 52. lit. b, Dissent Rebuff. d. tract. de expens. art. 3. Gl. un n. 14. Usitatè tamen ita expensæ peti solent ut Actor petat Sibi reum in refusionem expensarum condemnari, daß beklagter in die Verursachten Gerichts kosten Und Expensen / Wie recht Verurtheilt werde / Schneidvin d. loc. n. 128.

XXXIX.

Et si hoc modo expensæ petitiæ; adjudicandæ sunt Victori, si nimirum eas in schedula aliqua designet & describat, descriptasq; Iudici offerat (quod Dd. vocant liquidare) addita petitione, ut earum expensarum æqua moderatio, taxatio & condemnatio fiat, contra quam Schedulam adversa pars excipere solet, quasi inibi non bona fide rationes expensarum sint digestæ. Post Victor replicare, victus duplicando concludere & taxandam designationem Iudici committere solet. Christoph. Schavvman. 1. process. Cam. c. 73. quæ taxatio hoc modo fieri debet in scriptis, quod plerumq; fit, etiamsi id necessarium non sit, ut notat Afm. d. §. 32. c. 10. in communi moneta Gangbasrer müng vel saltem illius loci ubi causa agitabatur frequentata, ut vult. Umm. & quidem ad eam summam, quæ revera facta est: hoc enim est quod supr. diximus, non omnes expensas sed moderatas & necessarias restituendas esse, habitam etiam in quibusdam casibus, quos supr. notavimus, ratione damnorum

90

damnorum quæ causa litis victor sensit. Omniaq; ista fieri debent justo tempore: aliquando nempe ante sententiam definitivam per interlocutoriam, ut puta in causa retardati processus &c. Aliquando una cum ipsa sententia definitiva tam in expensas quam in rem principalem, & si velit poterit Iudex cõdemnare etiam post sententiam latam, *conf. Afm. d. §. 32. c. 13.* fitquæ taxatio referente *Schneidvin.* hunc fere in modum. Und werden die Angegebene Gerichts kosten auff so Vnd so Viel taxiert Vnd gemäßiget/wo nun Kläger endlichen behaben Kunde/ daß er so Viel in diser Rechtfertigung Vnd nicht weniger außgelegt/so wäre beklagter schuldig ihme beeydere Sum. Zu erstattē.
XL.

Post hæc solet pars vincens super expensis liquidatis & à Iudice taxatis jurare, quod tantas quantas Iudex taxavit, non minores sed potius majores expenderit; & potest jurare usq; ad summam taxatam. *l. 15. & Auth. seq. C. de Iud. l. 9. C. Unde vi. N. 82. c. 10.* Non autem pars primo jurat & postea Iudex taxat, quia alias detegeretur jurantis perjurium si fortè Iudex postea minorem summam expensarum definirer quam pars jurasset *Afm. d. §. 32. c. 6.* Nec obst. quod Iudex juramentum in litem affectionis possit moderare, minuere & quandoq; in totum tollere æstimationem. *l. 4. §. 2. ff. de In lit. jurand.* quia hoc juramentum tantum fit propter rei alicujus affectionem, secus ac juramentum super expens. & potius refrenatur immoderata rei affectio, quæ tanta esse posset ut iudici non approbaretur, si quidem regulariter precia rerum non ex affectione, sed communi valore æstimantur. *l. 63. ubi Gothofr. ff. ad. L. Falcid. l. 33. ad. L. Aquil.* Tandem Iudex super expensis hoc modo juramento liquidatis sententiam fert, saltem declaratoriam, quasi ipsum Victum jam antea per sententiam definitivam simul in istas expensas condemnasset quas nunc taxasset. *Umm. d. D. 22. n. ult.* Quandoq; tamen expensæ utrinq; compensantur, si nimirum pars victa justam litigandi causam habuit; vel quando aliquis in parte obtinuit & in parte succubuit *l. generaliter 12. §. 2. C. de reb. Cred. Rebuff. art. 1. Gl. un n. 53.* puta hoc vel simili modo Vnd werden die gerichtskosten / deswegen außgeloffen / gegen einander compensiert Vnd außgehoben.
Boc, n. 61. jung. N. 82. c. 10. XLI.

XLI.

Si autem Iudex de Expensis planè nihil pronunciavit, tum ipse eas parti læsæ ex proprio resarcire tenetur. *d. l. 13. §. siue autem alterutra l. 15. C. de Iud. quia terminato negotio peti amplius non possunt l. 3. ubi Dd. C. de fruct. & lit. expens.* Hæc de Forma & sic de causis tum Externis tum Internis.

XLII.

Sequuntur Effectus; quorum primus est quod post sententiam Iudicis Victus victori omnes impensas rependere tenetur, imo etiam damna quæ Victor litis causa passus est. *hæc autem Inst. de pæn. tem. lit. l. ult. quand. prov. non est necess.* Alter Effectus est quod sententia talis non possit infringi, ne quidem per remedium Appellationis, nempe sic ut quis hoc tantum dicat Iudicem de expensis nihil pronunciasse; Quia aut pars victa à sententia prioris Instantiæ provocavit, aut illi sententiæ acquievit: si provocavit, interdicitur Victori appellatio, quia Iudex secundæ Instantiæ, si adjuvandum victorem sumptuum perceptione esse putabit, illud sua sententiâ supplebit. *d. l. ult. Quand. prov. non est necess. Cujac. in paratitl. C. de fruct. & lit. expens.* Si non appellavit distinguit quidem *Mynsing. 2. Obs. 22.* inter expensas petitas & non petitas, illo casu putat cum Lanfranc. & Spec. Victorem appellare posse, etiam si minor tantum expensarum ratio habita fuerit. *Boc. d. D. 30. §. 63.* vel si malit, ipsum iudicem convenire, quod nimirum litem suam fecerit, ut loquitur. *Imperat. in pr. l. de Obl. quæ quasi ex delict.* Sic etiam sentit *Umm. d. D. 22. §. 9. n. 35.* Hoc casu nec iudicem teneri nec appellari posse vult, quod quidem facile conceditur: in priori tantum casu dubij hæremus, quia contraria sententia verior videtur propter manifestum textum *in l. 3. C. de fruct. & lit. exp.* ubi enim appellare licet, ibi superest actio, quæ hic nulla esse potest *d. l. 3.* & qui confitetur decisionem litis rectè factam esse, is utiq; probat sententiam, qui autem sententiam probat ab ea appellare non potest *d. l. ult.* Et hanc sententiam etiam tuetur. *Colleg. Arg. lib. 42. tit. 1. §. 29.* ubi plures rationes affert, & ex eo. *Locamer. quæst. Inst. 408. Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Biccus Coll. Iurid. h. t. Senior & Cod.*

(ut loquitur Paulus in l. Thais 41. §. 10. ff. de Fideic. libert.)
potest. 3. Dissentiunt communiter Dd. quos refert. Afm. §. 32.
c. 2. ubi vid. Et hæc pro ratione instituti sufficient.

Tu modò Candide Lector, quæ à me hic crassâ
Minervâ proposita sunt, pro humanitate tua
æquo animo suscipias, idquè eò facilius,
quod ipse lubens agnoscam, omnia ista,
limâ, hâc meâ, accuratiore, opus
habere.

DEO SIT LAUS HONOR ET GLORIA
IN SEMPITERNA SECLA. AMEN.



COROLLARIA.

I.

*Ad quem pertineat periculum rei venditæ, nondum Em-
ptori traditæ? R. pertinet ad Emptorem. l. Lucius 11. ff. de
Eviçt. l. 7. in pr. l. 8. in pr. ff. de Peric. & Commod. rei vend. l.
5. §. 2. ff. de Resc. Vend. §. 3. l. de Empt. Vend. Nec obst. l. 1. in
fin. pr. ff. de Peric. & Commod. rei vend. Nec etiam quod res
suo Domino perire dicatur in l. 9. C. de Pign. act. Venditor
autem ante traditionē sit rei Dominus §. 3. Inst. de Empt. Vend.*

II.

*An Hugo Grot. libr. 2. de Iur. Belli & Pac. c. 11. §. 13.
rectè redarguat Ictum Ulpian. quasi in l. 1. §. ult. ff. de Exercit.
act. contra naturalem æquitatem statuisset, ut ex factò alterius,
nimirum Magistri, Exercitores Navium singuli in solidum tenean-
tur. Verba ejus d. loc. hæc sunt. Malè Romanis legibus
intro-*

introducendum, ut ex facto Magistri Exercitores in solidum singuli teneantur. Nam hoc nec naturali æquitati convenit, quæ satis habet si pro suis singuli partibus conveniantur, nec publicè utilis est &c. ? N.

III.

Ita quoque queritur An (uti annotatum ad libellum qui inscribitur Religio Medici Thomæ Browne Angli) inter l. 13. C. de Collat. & l. 18. C. F. E. Item l. 42. §. 1. ff. de Proc. & l. fin. C. de Injur. nec non l. 14. ff. de Servitut. & l. 28. ff. de servitut. Præd. Urb. Item l. 21. ff. Qui pot. in pign. & l. 28. ff. de Iur. Fisc.) Antinomia intercedat. Aut l. 2. §. 47. ff. de O. I. sibi ipsi contradicat ? N.

IV.

An & quatenus pœna, secundum §. 6. I. de I. N. G. & C. implicet Privilegium quoddam?

V.

An rectè se habeat illa lex. 73. de R. I. Ubi dicitur hereditatem eò redire, quo Tutela devenit ? Aff.

VI.

Quomodo inter testatum & intestatum decessisse secundum l. 7. ff. de R. I. sit naturaliter pugna, cum tamen uterque successionis modus sit Iur. Civilis ?

RIEGGERO SUO,

Expensas digni Te persolvisse laboris.

Et faustè studijs incubuisse tuis.

Est illustre tibi specimen, dum litibus amplis.

Quæ sint Expensæ differis egregiè.

Sic perrecturum Themidis te Expensa sequetur

Gloria, Virtutes quam meruere tuæ.

Gratulabundus adjecit.

J. E. VARNBÜLER.

D 2

PRÆS.



PRAESTANTISS. DN.

Respondenti.

Diripit orbis opes, servandis nata, suorum
Infelix vitijs prodita Iustitia.

Nostra fori pascit turpes vesania fucos:
Seculi stultitia rabula vivit iners.

Et sat Iustitia juriq, litasse videmur,
Omnia cum fraudisunt odijsq, data.

In litem venere duo sestertia : jamq,
Solvit in expensis plurata talenta reus.

Talibus atatis probris irascitur, omnis
Qui recte Astrea sacrificare cupit.

Hos inter, RIEGGERE, Tuum jam scribere tentas
Nomen, & expensis ponere jura placet.

Pone, Tuosq, Tua, laudato tramite felix,
Conatus Patria perge probare pios.

M. Philippus Jacobus Spenerus
Rupispol. Th. St.



Alta quidem petere eximia est Virtutis, & ill A
N ancisci magna prosperitatis : at e N !.

T e RIEGGERE Deus clementer utroq, corona T

O mnia dans studio prospera fata Tu O

N unc equidem specimen praebe, quo gloria nome N

I nsequitur jam jam non moritura : Tib I

s. fin. Pro- U ere contigent quondam data premia spons U
cm. Inst. S ic precor, atq, Dei sanciat alma manu S.

Hilce Pereximio Dn. Respondenti,
cognato, ac contubernali
suo congratulatur Va-
lentinus Barthius
Colm.



ULB Halle
003 882 810

3



(f)

Sb

Kont







DISPUTATIO IURIDICA,
De
ARGENTORATENSIS LIT-
TIVM,

1779

1656, 10

Quam
SACRO CLEMENTER ANNUENTE,
PRESIDE,

Viro Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo,

IOHANNES REBHANIO,
D. ET IN ALMA ARGENTORATENSIS
UNIVERSITATE PANDECT.
PROFESS. CELEBERRIMO,

*Patrono, Fautore, & Praeceptore omni observantia
cultu ac atatem prosequendo.*

Ventilandam proponit

Ad diem 25. Junij loco horis q. solitis:

ANTONIUS RIEGGERUS,
Colmariensis.



ARGENTORATI.
in Typographico JACOBI THILONIS,
ANNO MDCLXVI.

2